

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

XXXIII. Sit vitâ castus & pudicus.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082

XXXIII.

Sit vitâ castus & pudicus.

Εὐχρηστος.

Virtus quidem communis omnibus fidelibus est *castitas & pudicitia*, quam præcipit Deus, amant angeli, venerantur pii, laudant honesti. Inprimis tamen illis, qui Ecclesiæ præfunt, est necessaria, quia Ministerii dignitatem impuditiæ ac impuritatis crimen vehementer infamat, ac ingens præbet scandalum. Idcirco Apostolus Paulus & toties & tantopere discipulos, Timotheum & Titum, in quibus Ecclesiasticos homines informat, castitatis diligenter & omni studio conservandæ admonet; *Exhortare, vel corripere mulieres natu grandiores, ut matres, juvenculas, ut sorores, ἐν κυνὶ καὶ ἐν γυναικί, in omni castitate, seu puritate scil. animi, verborum & gestuum*, inquit 1. Tim. V. 2. Et V. 22. *Teipsum ἀγνόν, castum, purum conserva.* 1. Tim. IV. 12. *Exemplum esto fidelium in castitate.* Tit. I. 8. *Oportet Episcopum ἐγκρατῆ, continentem esse.* Lutherus reddit *teusch* / respiciens ad potissimam ἐγκρατῆ ac speciem, alias certum, nomen esse generale, quod scil. Episcopus se debeat continentem gerere in cibo, potu, affectibus, conjugii usu &c. Hinc *Chrysostomus* Homil. 2.

P

in

in cap. I. Tit. ad vocem ἐν ᾧ; *Non cum*, inquit, qui jejuniis studeat, hic significari voluit, sed qui omni vitio superior & linguam & manum, impudicosque castigaverit oculos. *Ista* namque est continentia, nulli vitio subijci. *Augustinus* in Regulis; Reg. III. Tom. I. Oper. Colum. 856. C. *Ne dicatis*, ait, vos habere animos pudicos, si habeatis oculos impudicos, quia impudicus oculus impudici cordis est nuncius. Non solum ergo ab opere immundo se absteineat Verbi Minister, sed etiam ab impudico jactu oculi. Absit impuritas cordis, matricis omnium peccatorum Matth. XV. 18. seq. impuritas verborum, gestuum, affectuum, & ne ullam de propriæ fragilitati occasionem, vitet omnem cum foeminis consuetudinem & familiaritatem, & cum illis non nisi palam & paucis colloquatur, & severè potius, quàm blandè &c. Qui præcos Canones legerit, meritò miretur, ob semel admissum stuprum irreparabiliter de omni sacerdotali gradu & Ministerio Ecclesiastico depelli convictum. Sancti sint oportet Verbi Ministri, jam verò castitas est fundamentum sanctitatis, imò κατ' ἐξοχὴν ἀγασμός, *sanctitas* appellatur. I. Thess. IV. 4. Hæc templi Dei ædituus, hæc antistes est *Tertulliano*, irreparabilis *Theophrastus Bernbardo*. Cum hac castitate non pugnat

pugnat conjugium. Est enim & in Conjugio castitas, I. Tim. II. 15. imò viri cum Conjuge legitimā *συγγαμίαν* *castimoniam* appellat *Paphnutius* in Concilio Nicæno apud *Socratem* lib. II. Eccles. Histor. cap. 8. Vult etiam Apostolus, ut *Episcopus sit unius uxoris vir*, I. Tim. III. 2. Tit. I. 6. ut obturet ora hæreticis, qvi Nuptias criminantur, ostendens qvòd negotium hoc non sit impurum, sed adeò honorabile, ut cum eo possit qvis etiam sacrum Episcopatus thronum ascendere, *Chrysostomo* iudice in cap. I. Epist. ad Titum. *ἐγκράτεια*, quam ab Episcopo requirit Apostolus Tit. I. 8. non notat abstinentiam ab uxoris amplexibus, ut *Hieronymus* interpretatur. Nam *ἐγκράτεια* I. quandoque generaliter accipitur, ut piis conjugibus etiam competat, Gal. V. 23. & 2. Petr. I. 6. inter fructus Spiritus & virtutes ab omnibus piis requisitas numeratur, & Ecclesiast. XXVI. v. 20. Conjugatis expressè tribuitur 2. non tantum versatur circa res venereas, ut supra insinuatum est, sed & circa alia, quæ malè concupiscit luxuriosa anima, non contenta necessariis, ut benè docet *Clemens Alexandr.* Stromat. l. 3. initio & c. 5. Continentiam opponens malis concupiscentiis, in quibus non est legitimæ conjugis usus, itemque supervacuis desideriis, & non necessariis. Atqvi non

esse conjugis usum in hoc ordine, docuit Paulus, cum iussit, propter fornicationem habere uxorem. Unde constat, non propterea dici ἐγκρατῆ, ut abstineat ab uxore. Imò ἐγκρατὴς dicitur, qui utitur uxore legitimâ, hinc illæ loqvendi formulæ apud jam dictum Clementem eodem & libro & capite; γαμεῖν ἐγκρατῶς, *continenter versari in matrimonio*, τὸν ἐπὶ πατρίδοξον γάμον, ἐγκράτειαν ἀσκεῖν χρῆ. *Eum, qui uxorem duxit pro liberorum procreatione, exercere oportet continentiam.* Ergò in vita etiam uxoriâ constituitur ἐγκράτεια. Canon. I. Concilii Toletani I. sic habet; *Placuit, ut Diaconi si vel integri (i.e. virgines) vel casti sint, & continentis vita, etiam si uxores habeant, in Ministerio constituentur.* Imò olim promiscuè conjugues erant Episcopi, Presbyterique. Compossibilia enim tunc censebantur cathedra & thalamus, nullo divino interdicto, agnoscen-
te ipso Bellarmino lib. de Cleric. c. 18. separata. Hildebrandus Papa, qui Gregorius VII. appellari voluit, hæreseos de omnipotentia Papæ & Regnis ac Imperiis ejus arbitrio subdendis autor, Conjugium Clericorum spiritu parum sancto notabiliter actus ex Ecclesiâ Romanâ primus sustulit, ut inquit Georgius Wicelius in viâ regiâ pag. 78.